DE NONNULLIS

PADMA-PURANI CAPITIBUS.

SCRIPTIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI ATQUE ORNATISSIMI, PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ATQUE AUCTORITATE

PRO

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA FRIDERICA-GUILELMA

RITE ADIPISCENDIS

PUBLICE DEFENDET

D. XII. MENS. SEPTEMBRIS MDCCCXXXI.

HORA XI.

ANTONIUS EDMUNDUS WOLLHEIM

HAMBURGENSIS [redacted]

OPPONENTIBUS:

C. L. Hirschfeld, Cam. Ill. Referendar.

C. Bergholz, Phil. Cand.

Class, Phil. Cand.

BEROLINI.

TYPIS ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARUM.

MDCCCXXXI.

PRAEFATIO.

Puranum, a verbo sanscrito पुराण (antiquum), vetustissimum significat scriptum, etsi nomini res ipsa minime respondet; constat enim Purana serioribus composita esse temporibus.

Purana eodem ac Vedos tempore conscripta esse Adelung, in opusculo „*Versuch einer Sanscrit-Litteratur*" pag. 107. contendit. Vedi vero, ut constat, circiter duo millia annorum a. Chr. scripti sunt, id quod vel dialectus, quam ipse Adelung mysticam nominat ac vetustissimam, affatim comprobat. Quem vero ad modum Vedi antiqua usi sunt scribendi ratione, ita Purana a simplici illo et grandi, quod in Mahabharato, Ramajano et Manui-sastro admiramur, genere remota sunt; quanquam non tam ahenei, quam argentei saeculi prae se ferunt, vestigia. Ut sint vero ista minus mystica, quam Vedi, minus simplicia, quam Mahabharata, et Ramajana (quem utrumque, nescio quo iure, inter Purana enumerat Adelung), ut non eadem elegantia gaudeant ac suavitate, quam Sacuntala, Ritu-Sanhara, Meghaduta, Gita-Govinda, Naischadija, non tanta compositionis arte quam Ghatacarpara vel Nalodaja; tamen quin lectu sint dignissima nemo facile dubitabit propter argumenti eorum gravitatem.

Plerumque de mythologia, historia, geographia, de ritibus etc. tractant.

Duodeviginti enarrantur, quorum nomina sunt:

1) Brahma-Puranum. 2) Padma P. 3) Brahmanda P. 4) Agni P. 5) Garuda P. 6) Vischnu P. 7) Brahma-Vaivarta P. 8) Siva P. 9) Linga P. 10) Naradeja P. 11) Scanda P. 12) Marcandeja P. 13) Bhavischjat P.

14) Matsja P. 15) Varaha P. 16) Vamana P. 17) Curma P. 18) (quod spurium dicunt) Bhagavat P.

Alii alia recensent (cap. XIV.) ut: Vaju P. (Ham. et L. cat. p. 41.) Calica P. (ib. p. 30.) Dharma P. Sarvasva P. Nrisinha P. (H. et L. p. 42.). Upapuranis supplementa continentur.

Horum, quae nominavi Puranorum, in lucem haecce prodierunt:

Padma Purani epitome in Dubois, description of the character and manners of East-Indian people; et versio alterius Puranikhandi (Bhumikhanda) a Burnouf in Journ. Asiat. t. VI. invenitur.

De *Agni P'o.* vide Hamilton et Langlès Catalogue des Mss. orient. p. 44-48. Asiatic. Journ. 1826. Octob. Adelung Versuch etc. p. 142.

De *Vischnu P'o.* cf. Wilson Asiatic. Journ. April 1825.

Brahma-Vaivarta P'i. (no. 155. Cod. Mss. Bibl. Reg. Berol.) quartae sectionis capita duo (2dum et 3tium) Stenzler Berol. 1829. 8. edidit, et Chézy l'hermitage de Candou, extrait et traduit du Br. V. P. Journ. As. 1822. Juillet; cuius gallicae interpretationis versionem vernaculam A. G. a Schlegel curavit (Ind. Bibl. I, 3. p. 257.).

E *Siva P'o.* versio anglica apparuit. Lond. 1807. 4.

De *Linga P'o.* vid. H. et L. cat. p. 29. 30.

Marcandeja P'i. [no. 185. Cod. berol.] episodium, Tschandica seu Devimahatmja nomine inscriptum, Calcutt. 1813. 8. prodiit, de quo Burnouf disseruit. Journ. As. XIX. Maiori diligentia nuper editum est a Lud. Poley. Berol. 1831. 4.

Bhavischja P'i. particulae versionem in oriental. Magaz. Decbr. 1824. no. 4. et in Bulletin Univers. 1827. Mai. p. 134. invenimus.

E *Matsja P'o.* interpretatio inest Asiat. Res. I.

De *Curma P'o.* cf. Asiat. Journ. 1826. p. 57.

Bhagavat P. Burnouf Journ. As. VII. H. et L. cat. p. 9. Deguignes sur le Bhag. P. in Mém. de l'Acad. d. Inscript. XXXVIII. — Monthly Review. 1788. vol. 79. p. 591. — Fr. a Schlegel Gesch. d. Litterat. I. 180. P. a Sto. Bartolomeo Sidharubam. p. 171. (huius Purani initium) Foucher d'Obsonville vers. gall. Par. 1788. 8. germanice in: Samml.

asiat. Originalschrift. Turic. 1791. t. 1. Ith in interpretatione Ezur (Jadschur)-Vedi, Purani fragm. exhibet: „Unterredung des Narradem mit Brahma t. II. p. 229. A. Langlois aliud episodium: Rucminidis nuptiae" vertit: mariage de R. tiré du Bhag. P. in Mélanges de littérat. Sanscr. p. 85.

De *Vaju P'o.* vide H. et L. cat. p. 41. 42.

Dharma P'i. epitomen dedit Colebrooke in As. Journ. 1816. Decbr. p. 315. (enumeration of Indian classes).

Sarvasva P'i. breviarium, nomine *Tartarus* in As. Journ. 1819. Juni. reperitur.

De *Narasinha P'o.* cf. H. et L. cat. p. 42-44.

De Puranis omnino vide Asiat. Res. t. II. (notasque Langlesii ad versionem gallicam) t. VII. p. 202. Wilson sanscr. diction. s. v. पुराण. Crawfurd researches on India I. p. 187. H. et L. cat. d. Mss. Sanscr. d. l. bibl. Impér. — Journal Asiat. — Transactions of the royal society of Bombay. t. I. p. 613. Nyerup catal. Codd. Mss. Sanscr. bibl. Reg. Havn. — Jone's works. — F. Adelung Versuch einer Sanscr. Litter. Petropol. 1830.

Quod ad nostrum attinet Puranum, in duas, ut Burnouf Journ. Asiat. t. VI. animadvertit, dividitur partes: *Bhumikhandam* scilicet et *Srischtikandam.* — Codex Berol. alteram solum complectitur partem, Srischtikandam, ut videtur; in cuiusvis enim capitis fine „altera pars" nominatur: इति श्रीपद्मपुराणे उत्तरखण्डे; ipsumque Puranum in 33 capita distributum, a Sivo (Mahesvaro) Parvatidi uxori (Umae) narratur, quamobrem in cuiuscunque capitis fine इति — उमामहेश्वरसंवादे etc. legitur.

Poëta noster Vaischnavus i. e. Vischnuis assecla fuit; cum semper fere Vischnus et Crischnus (illius maxima incarnatio humana) summis laudibus efferantur, Brahmanis vero et Sivi rarius tantum et quasi praeteriens mentio fiat. —

Pleraque Purana Vaischnava sunt, cum Vischnuis cultus placidior Indorumque indoli magis aptus esset, cruenta Sivi, cuius discipuli Saivi nominabantur, adoratione.

Textum ex uno tantum Cod. Mst. Bibliothecae Regiae Berolinensis [no. 158. Cod. ortl.] forma magna, literis bengalicis, charta auripigmento

obducta, descripsi; alii, quod doleo, non mihi affuere Codd.; ipse Cod. saepissime negligenter conscriptus, singulae enim litterae nonnunquam e sensu tantum verborum definiendae erant; Viramum nunquam invenimus, Visargus et Anusvarus saepe vel omissi, vel commutati sunt, commixtae item terminationes grammaticae, quo factum est ut nonnulla dicta aut difficillima redderentur aut prorsus non possent intelligi. Quid quod syllabis etiam versus carebant, quas non nimis anxius particulis plerumque expletivis, quales sunt च, वा, वै, तथा, ततः, तदा e. al. restituere audebam. Interdum verba etiam, quae vel contra sententiam vel metrum pugnabant, omnino omittebam, nonnullos slocos omnino corruptos, aliis integris slocis congruentibus explebam. अ आ इ ई उ ऊ ए ऐ ओ औ litteras ex more seriorum scriptorum commutata sunt; itemque ञ् ष् स् — न् ण् ञ् ल् — च् छ् त्; literaeque ब् र् व् ut in omnibus Codd. bengalicis literis conscriptis, diacritico puncto semper fere carent.

Metrum, ut in omnibus fere aliis huius generis scriptis heroïcum est (Matrakhanda) itaque distinctum,

⏓⏓⏓⏓|⏑––⏒||⏓⏓⏓⏓|⏑–⏑⏓|

ex sedecim syllabis conficitur; maius etiam invenimus, ex viginti duobus compositum metrum heroicum

⏓–⏒–|⏓⏑⏒|–⏑–⏒||⏓–⏒–|⏓⏑⏒|–⏑–⏒|

In alterius metri schemate 2dus et 4tus, in altero 3tius et 6tus, inviolata metri lege utuntur pedes; ultima tantum syllaba ante caesuram anceps est. In priori metro pes secundus et quartus vel Antisp. vel Epitr. primus est; alterius metri tertius et sextus Ditroch. vel Epitritus secundus; huius metri secundus, quintusque pedes vel Dactylus vel Anapaestus vel Amphimacer vel Tribrachys esse possunt, media vero syllaba semper brevis est.

Vatem nostrum metri praecepta non semper accurate et diligenter secutum esse, lectorem non fugiet; sed de arte metrica sanscrita, nondum satis constare, iam Schlegel Bh. G. prf. p. 21. et Stenzler Br.V.P. p. 8. notant.

Codex noster 121 habet folia affixusque est liber Krijajogasara, Padmapurani episodium, colloquia inter Vjasum et Dschaiminem (151 folia, 25 capita) continens.

Quod ad orthographiam attinet in versione et in annotationibus, nomina propria literis, quae ipsorum respondent sono, reddidi. — Apostrophum latinum si vocalis cum vocali antecedente confluit, posui, cum vero tali modo, quale sit tempus vocalis prioris non facile intelligatur, in fine verbi antecedentis circumflexo Graecorum usus sum, ubi illius ultima vocalis natura sua est producta, itaque चा ’ब्रवीत् pro च अब्रवीत्, सा͂ ’ब्रवीत् contra pro सा अब्रवीत् continuo scripsimus. — Quod latinae linguae ingenium in versione non satis diligenter respexi, L. B. indulgeat; satis enim apparebit, credo, post tot maximorum virorum conamina, quam sit difficile, nisi accuratam verborum sententiam velis negligere atque contemnere, in tanta Indicae ac Latinae orationis diversitate, nedum elegans, sed ne rectum quidem ac grammaticum dicendi genus ubique adhibere.

Priusquam vero praefationi finem imponam, gratiae adhuc mihi sunt agendae, praeceptori meo Ill. Francisco Bopp, cuius de doctrina loqui, me parum, opinor, deceat; insignem vero illius, quam omnes usu cognorunt, discipuli, animi atque mentis benignitatem, nunquam, dum spiritum traham, obliviscar.

Priorem hunc fasciculum spero fore, ut mox alter sequatur, qui de aliis Vischnuis agit incarnationibus, cum iisdem aliorum Puranorum narrationibus, comparatus; hae vero indicorum studiorum primitiae, ut virorum doctorum indulgentiam inveniant, ex animi sententia oro atque rogo.

CAPUT I.

SCIENTIAE INSTITUTIO (विद्योपदेशः).

Colloquium est inter Dilipum et Vasischthum de hymno mystico, ad Vischnuis honores cantando. In Cod. scribae errore pro दिलीप उवाच reperitur द्वितीय उवाच. — *Dilipus,* Rami atavus fuit et vetus rex, sapientia excellens. In Mahabharato. Indrlk. II. 14. ab Ardschuno in Indri urbe, videntur

राजर्षयश्च बहवो दिलीपप्रमुखा नृपाः ।

Regii-sapientes multi *Dilipum*-tanquam-primum-*habentes* principes.

Vasischthus, unus Rischidum, et stella Ursae maioris, a Dilipo de magno illo, ad Vischnuis honores composito, hymno interrogatur:

अधुना श्रोतुम् इच्छामि तत् सर्वं वक्तुम् अर्हसि ।
को मन्त्रः सर्वमन्त्राणाम् भवरोगैकभेषजः ॥ ३ ॥
सर्वेषाम् एव देवानाङ् को वा मोक्षप्रदः परः ।
तत् समाचक्ष्व तत्वेन मयि वात्सल्यगौरवात् ॥ ४ ॥

3. Nunc haec omnia audire cupio, narrare velis, quis hymnus in-
4. ter-omnes-hymnos vitae-morbi-unum-remedium sit; et quis omnium Deorum summus est, liberationem-dans, haec enarra mihi, pro-veritate, dignitate-colende!

3.*b*. *Vitae-morbus*. Ipsa enim vita Indis summus est morbus et calamitas. — 4.*a*. Cod. को व.

Tunc ipse Vasischthus, Naradum se interrogasse profitetur.

पप्रच्छ ब्रह्मणः पुत्रन् नारदम् मुनिसत्तमम् ॥ ६ ॥
भगवन् केन मन्त्रेण गच्छामः परमम् पदम् ।
तन् मे ब्रूहि महाभाग प्रसादङ् कर्तुम् अर्हसि ॥ ७ ॥

6. Interrogavi Brahmanis filium, Naradum, optimum-anachoretam:
7. o domine, quo hymno eamus supremam viam, hoc mihi dic, beate, favorem reddere velis!

Brahma ipse illius hymni excellentiam et gravitatem memorat.

शृणुध्वम् मुनयः सर्वे मोक्षमार्गम् अनुत्तमम् ।
द्रष्टव्यं येन पश्यामि रहस्यम् इदम् उत्तमम् ॥ ९ ॥
न जानन्ति सुराः सर्वे ऋषयः खदयोधनाः ।
यम् मन्त्रम् उक्त्वा वीणाद्यौ भगवान् नारदो ऽव्ययः ॥ १० ॥

9. Audite, Sancti omnes liberationis-viam-*praebentem-hymnum* sum-
10. mum, quo conspiciendum illud eximium video mysterium, quem hymnum omnes Dii et Sapientes, usque-ad-mortem-pugnantes nesciunt, cantatum Vinâ-et-aliis-*instrumentis* a beato Narado aeterno. —

9.a. मोक्ष, deliberatio ab omni regeneratione et ultima beatitudo (शम, मुक्ति) cf. Bh. G. IX. et XIV. D. M. I. 43. et ann. ad *3.b.* — *9.b.* Cod. द्रष्टव्या केन. — 10.*a.* Cod. स्वतयोधनाः quod nullum praebet sensum, स्वत enim „dulcis, suavis" notatur. ख् vero et स्व् in Codd. literis bengalicis exaratis, facile commutanda. खद्योधन ad analogiam vocis नग्नयोधन formatum est. (v. cap. XVI. 118.) — 10.*b.* वीणा Cod. वीन; instrumentum musicum, citharae haud absimile cf. As. Res. II.

Vischnus dein de illo hymno dicit:

सर्वेषाम् एव मन्त्राणाम् मन्त्ररत्नन् ददाम्य् अहम् ।
सकृज् जप्तेन मन्त्रेण स याति परमम् पदम् ॥ १६ ॥

Omnium hymnorum hymnogemmam equidem do, semel murmurato hymno, ille eximiam ingreditur viam.

Sine ullo conditionis discrimine omnes probi illo fruuntur.

ब्राह्मणाः क्षत्रिया वैश्याः स्त्रियः शुद्रास् तथे ’तराः ।

Brahmani, Cschatriji, Vaisji, feminae, et Sudri quoque alii.

Cod. ब्रह्मणा; — ib. इतराः pro इतरे.

De officiis illorum, qui ipsius asylum (शरण) ingredi volunt, disserit Vischnus, suas virtutes enumerat, et semet ipsum summum numen profitetur.

सर्वलोकेश्वरः श्रीमान् सुशीलः सुभगस् तथा ।
सर्वज्ञः सर्वशक्तिश् च सदा पूर्णमनोरथः ॥ ३५ ॥
सर्वगः सर्वबन्धश् च कृपापी पूषसागरः । (मोक्ष?)

35. Omnium-mundorum-dominus, Sanctus, Bonus, Beatus etiam, omnia-sciens, omnipotens et semper perfectam-voluptatem-*ha-*
36. *bens*, undique-iens, omnia-restringens, misericors, salutis-mare. (?)

Inter Deos nostrum haud magnum discrimen fecisse, quisque intelliget (v. infr. c. II. sl. 14. sqq.) sic 33. *a. Narajanum* se nominat Vischnus.

नारायणश् चा ’हम् ऋषिर् विष्णुः सनातनः ।

Narajanus equidem sum sapiens Vischnus aeternus.

et sexcenties adhuc invenias. Narajanus etiam Brahmanis nomen est, cf. M. dh. s. I. 8-10.

सो ऽभिध्याय शरीरात् स्वात् सिसृक्षुर् विविधाः प्रजाः ।
अप एव ससर्जा ’दौ तासु बीजम् अवासृजत् ॥ ८ ॥
तद् अण्डम् अभवद् धैमं सहस्रांशुसमप्रभम् ।
तस्मिन् जज्ञे स्वयम् ब्रह्मा सर्वलोकपितामहः ॥ ९ ॥
आपो नारा इति प्रोक्ता आपो वै नरसूनवः ।
ता यद् अस्या ’यनम् पूर्वन् तेन नारायणः स्मृतः ॥ १० ॥

8. Ille, meditabundus, e corpore suo varia animantia creandi-cu-
9. pidus, aquas nunc primo creavit, in quibus semen deposuit. Hoc

ovum aureum factum est, soli-similem-splendorem-*habens*, ex
10. illo progenitus est Brahma omnis-mundi-atavus. Aqua „*Nâra*"
sic nominata, cum aqua ex *Naro* (spiritu sancto) sit orta, et cum
hocce primum eius fuerit iter (*ajana*), ideo *Narajanus* nominatus est.

Sed Vischnus ipso Brahmane superior est (cf. II. 19.) ut Crischnus in Br. V. P. p. 4. sqq. (ed. Stenzler) et Bh. G. XI. 37. sqq.

कस्माच् च ते न नमेरन् महात्मन् गरीयसे ब्रह्मणो ऽप्य् आदिकर्त्रे ।

Quamobrem et te haud colerent, magnanime, Brahmane etiam venerabiliorem, primaevum-creatorem!

Brahma ipse Vischnuis praepotentiam fatetur (cf. infr. II. 19. IX. 25. Stenzler B.V.P. p. 3. l. ult.) hisce verbis sl. 41.

पिता त्वं सर्वलोकानाम् माता त्वङ् गुरुर् एव च ।

Pater tu es omnium mundorum, mater tu etiam et magister.

Similem slocum exhibet Bh. G. IX. 17.

पिता ऽहम् अस्य जगतो माता धाता पितामहः ।

Pater equidem sum huius mundi, mater, sustentator, atavus.

Talibus laudibus per hocce totum caput Vischnus celebratur, cuius finem solum hic addamus:

त्वयात् परतरन् ना ऽस्ति सत्यम् एतद् ब्रवीमि ते ॥६६॥
त्वयात् परतरन् धर्मन् ना ऽस्ति लोकेषु किञ्चन ।
सत्यं सत्यम् पुनः सत्यम् ब्रह्मणा कथितम् पुरा ॥३७॥
नारायणपरो देवो ना ऽस्ति मुक्तिप्रदो नृणाम् ।

66. 67. Te superius nil est, verum hoc tibi dico; te superius ius non
est in mundis usquam; veritas, veritas, denuo veritas, a Brah-
68. mane antea dicta *est:* Narajano-superior Deus haud existit, liberationem-dans hominibus.

66. *a. b.* त्वयात् in grammaticis desideratur haec forma obsoleta, a rad. त्वय, ut videtur. 68. *a.* मुक्ति i. q. मोक्ष v. supra ad sl. 9. *a.* — ib. cf. XVI. 32. 33.

CAPUT II.

SUDARSANI-MAIESTAS (सुदर्शनादिमाहात्म्यम्).

Vischnuis laudes continuantur et de disci eius, Sudarsana nomine, praestantia tractatur. Dilipus Vasischthum de Vischnuis cultu interrogat; ille vero nunc primum Umam, e Sivo, marito hanc rem quaerentem, affert (v. prf.).

साधु पृच्छसि राजेन्द्र संसारोत्तरणान् नृणाम् ।
वैकुण्ठस्य परेशस्य भक्तिर् नित्यसुखावहा ॥ ५ ॥
इदम् एव महत् पुण्यङ् कैलाशशिखरे पुरा ।
पप्रच्छ गिरिजा देवी शङ्करँल् लोकशङ्करम् ॥ ६ ॥

5. Age! quaeris, o regum-princeps, mundi-terrestris-superationem
6. hominum; Vaicunti domini cultus semper-gaudium-affert. Idem, profecto magnum, sanctum, in Cailasi-cacumine olim ex Sancaro mundorum-salutem-efficiente, monte-nata quaesivit Dea.

5. *b.* *Vaicunta* h. l. Vischnuis domicilium transmundanum, Crischni domus B. V. P. p. 4. nominatur. Vaicuntus ipsius etiam Vischnuis est cognomen. — 6. *a.* Cailas'a vel Cailasa, mons fabulosus, Sivi est domicilium. — 6. *b.* गिरिजा, Parvatiae cognomen, quia Himavantis montis filia fuit. ib. शङ्कर Sivi cognomen, alterum शङ्कर salutem-faciens tradidi, a verbo श salus et कर.

Animadvertenda sunt cognomina Vischnuis, quae Isvarus (Sivus) enarrat, quorum singula ex illius oratione excerpta, apponam sl. 14-21.

ईश्वर उवाच

साधु साधु महादेवि सर्वलोकहितैषिणि ।
साधु पृच्छसि मान् देवि श्रीशम् महात्म्यम् उत्तमम् ॥ १४ ॥

धन्या ऽसि कृतपुण्या ऽसि विष्णुभक्ता ऽसि पार्वति ।
परितुष्टो ऽस्मि ते भद्रे शीलरूपगुणैः सदा ॥१५॥
अहं वक्ष्यामि गिरिजे विष्णुभक्तिम् अनुत्तमाम् ।
तन्मन्त्राणां विधानञ् च स्वरूपन् तस्य शार्ङ्गिणः ॥१६॥
तत्त्वन् नारायणो विष्णुर् वासुदेवः सनातनः ।
अच्युतः पुरुषः कृष्णः शाश्वतः शिव ईश्वरः ॥१७॥
नित्यं सर्वगतः स्थाणू रुद्रः साक्षात् प्रजापतिः ।
यज्ञो यज्ञपतिः साक्षाद् ब्रह्मणः पतिर् एव च ॥१८॥
हिरण्यगर्भः सविता लोककृल् लोकहृद् विभुः ।
अकारवाक्यो भगवान् श्रीमल्लीलपतिः प्रभुः ॥१९॥
सहस्रमूर्धा विश्वात्मा सहस्राक्षः सहस्रपत् ।
अनन्तः श्रीपती रामो गुणवान् निर्गुणो महान् ॥२०॥
सर्वलोकेश्वरः श्रीमान् सर्वेशः सर्वतोमुखः ।

14. Age, age, magna-Dea, omnium-mundorum-salutem-optans, age,
15. interrogas me, Dea! de Sriae-coniuge, magnanimo, summo. Beata
es, iusta es, Vischnuis-cultrix es, o Parvati; maxime-exhilaratus
16. sum semper beata, indole-forma-virtutibusque tuis. Equidem,
monte-nata, Vischnuis-cultum narrabo, summum; et eius-hym-
17. norum modum, et propriam-naturam illius Sarnginis. Natura
est, Narajanus, Vischnus, Vasudevus, Sempiternus, Firmus, Nu-
18. men, Crischnus, Aeternus, Sivus, Isvarus; semper undique-iens
Sthanus, Rudrus etiam manifesto, Pradschapatis, Sacrificium, sa-
19. crificii-Dominus manifesto, Brahmanis etiam dominus; aureum-
mundi-ovum, Sol, mundi-Creator, mundi-Deletor, Excelsus, li-
tera-A-nomen, Bhagavan, Beatorum-deliciarum-dominus, Au-
20. gustus, mille-capitibus; universi-anima, mille-oculos et pedes

habens, Infinitus, Sriae-coniux, Ramus, virtutibus-praeditus, qualitatum-expers, magnus; omnis-mundi-princeps, beatus, omnium-imperator, undique versos-vultus-habens.
21.

15.*a.* Cod. पार्वती. — 15.*b.* शीलरूपगुणैः indole-forma-virtutibusque, verti, compositum dvandvum s. copulativum putans; tatpuruschico modo etiam explicari potest: „indolis-formaeque-virtutibus". — 16.*b.* त्वन्मन्त्राणाम्. — ib. शार्ङ्गिन्. Vischnui cognomen a शार्ङ्ग, Vischnui arcu, deductum. — 17.*b.* पुरुष numen creans, s. virile Brahmanis cognomen cf. Man. dh. I. 11.

तद्विसृष्टः स पुरुषो लोके ब्रह्मे 'ति कीर्त्यते ।

Ex-illo-creatum est illud Numen, in mundo, Brahma, sic celebratur.

18.*a.* प्रजापति creaturarum-dominus, cognomen est Brahmanis, sed, ut iam dixi, cognomina nostro omnia transferuntur ad Vischnem, itaque etiam Hiranjagarbhus, Savitri, mundi-creator (Brahmanis nomina); Sthanus, Rudrus, Sivus, Isvarus, mundi-deletor (Sivi nomina); et Crischnus, Bhagavan, Ramus (partes sui ipsius) nominatur, identidem etiam सहस्राक्ष Indri cognomine. — ib. यज्ञो etc., similem cf. Bh. G. IX. 24. slocum.

अहं हि सर्वयज्ञानाम् भोक्ता च प्रभुर् एव च ।

Equidem omnium-sacrificiorum perceptor ac dominus sum.

19.*b.* अकारवाक्य, cf. Bh. G. X. 33.

अक्षराणाम् अकारो ऽस्मि द्वन्द्वः सामासिकस्य च ।

literarum A. sum, et copulativum compositorum.

cf. Hegel. Encycl. d. philosoph. Wiss. p. 586. E. T. — 20.*a.* Cod. सहस्रमूर्ध.

Quod saepissime invenitur Vischnuis nomen, ab ipsius symbolis derivatum शङ्खचक्रगदाधरः concham-discum-et-clavam-gerens, mysticam mihi habere videtur significationem, *Trimurtiae* dico tres facultates, creandi, servandi, et destruendi. Concha, शङ्ख, quae non in bello solum, sed in sacrificiis, ritibusque etiam valebat solennibus, et Indis et Graecis creationis erat symbolum, nam योनि etiam, sub conchae forma adorata est; umbilicusque Vischnuis, ex quo, pro doctrina Vaischnavorum, ipse Brahma ortus est (cf. D. M. Chézy not. 16. ad Sac. I. p. 9. l. 13.) concha depingitur. गदा clava, Sivo, deo destructori inprimis attribuitur. — Mirabilia de disco illo *Sudarsano* traduntur (v. Wilkins Bh. G. not. p. 149-151. episodium Mahabharati I. 15.); sacerdotes in mysteriis, et varii variorum Deorum asseclae, discriminis caussa illo signo usi sunt (v. cap. sqq.) sl. 40. *b.*

अधृत्वा विधिना चक्रम् ब्राह्मणो प्राकृतो भवेत् ।

Haud-ferens secundum-legem tschacrum, Brahmanus vilis.

et

सर्ववेदविदो वा ऽपि सर्वशास्त्रविशारदः ।
अधृत्वा विधिना चक्रम् ब्राह्मणः पतितो भवेत् ॥४२॥

Brahmanus omnes-Vedos-sciens omniumque-Sastrorum-gnarus, tschacrum ex-lege non-ferens lapsus (peccator) est.

et 51.*b*.

तस्माच् च विधिना चक्रन् धार्यं विप्रैः शुभानने ।

ideo secundum-legem tschacrum a Brahmanis ferendum est, o pulchra.

et 52.*b*.

विष्णुचक्रविहीनाश् च ब्राह्मणाः प्राकृताः स्मृताः ।

Vischnuis-tschacro-orbati Brahmani, viles habentur.

et

एवम् महोपनिषदि प्रोक्तं वै चक्रधारणम् ।
तथै ऽव साम्नि यजुषि ऋचि प्रोक्तं शुभानने ॥५५॥

Sic in magno-Upanischadi iussum est tschacri-portari, sic etiam in Samane Jadschuse et Rigvedo iussum est, o formosa!

a. Cod. साम्नि.

CAPUT III.

ERECTAE-LINEAE-GESTATIO (ऊर्ध्वपुण्ड्रधारणम्).

Per omne hoc caput, ut ipsa, quam prae se fert, monstrat, inscriptio, de gerenda illa linea disseritur; cuius perpaucos tantum exhibeamus slocos.

श्रीशङ्कर उवाच

ऊर्ध्वपुण्ड्रस्य माहात्म्यं वक्ष्यामि शुभदर्शने ।
धारणाद् एव मुच्येत भवबन्धाद् द्विजोत्तमः ॥१॥
ऊर्ध्वपुण्ड्रस्य मध्ये तु विशाले सुमनोहरे ।
लक्ष्म्या सार्धं समासीनो देवदेवो जनार्दनः ॥२॥
तस्माद् यस्य शरीरे तु ऊर्ध्वपुण्ड्रधृतो भवेत् ।
तस्य देहे भगवतो विमलम् मन्दिरं शुभम् ॥३॥
स स्नातः सर्वतीर्थेषु सर्वयज्ञेषु दीक्षितः ।
धारयेद् ऊर्ध्वपुण्ड्रं यो सदा शुभ्रेण वैष्णवः ॥४॥
ऊर्ध्वपुण्ड्रधरो विप्रः सर्वलोकेषु पूजितः ।
विमानवरम् आरूढो याति विष्णोः परम् पदम् ॥५॥

S. Sancarus dixit:

1. Erectae-lineae maiestatem narrabo, o iucunde aspicienda! illius
gestatione nempe a vitae-vinculo liberatur optimus-Brahmanus.
2. In magna erecta-linea media, cor-rapiente, una cum Lacschmia
3. sedet Deorum-Deus, hominum-vexator; hanc ob rem in cuius
corpore erecta-linea-gesta sit, in eius corpore Bhagavantis pu-
4. rum domicilium est, amoenum. Ille est lotus in omnibus-sa-
cris-lavationis-aquis in omnibus-sacrificiis purificatus, qui Vai-
5. schnavus erectam-lineam, sesamo confectam, semper fert. Erectam-
lineam-gerens Brahmanus in omnibus mundis est honoratus, exi-
mium-currum adscendens, Vischnuis summam ingreditur viam.

2.*b*. जनार्दन hominum-vexator, Vischnuis s. Crischni nomen. — 4.*b*. यो pro यः? *A.B.*

Tali fere modo per totum caput pergit noster, unum tantum exhibeo versum, qui signa, quibus distinguuntur tribus, tractat.

विप्राणाम् ऊर्ध्वपुण्ड्रतिलकन् तु मह्रीक्षितः ।
चन्द्राकारन् तु वैश्यानां शुद्राणान् तु त्रिपुण्ड्रकम् ॥ १५ ॥

15. Brahmanis erecta-linea-sesamea et terrae-principi etiam, lunae-similis (linea) sit Vaisjis, et Sudris triplex-linea.

Ex hoc sloco, quae apud Vaischnavos in usu erant varia discimus linearum genera: a sacerdotibus et militibus (rex enim pro milite dicitur cum reges ex militum tribu orti sint) erecta ergo, a Vaisjis semilunio similis, et a Sudris triplex linea in fronte gerebatur. Quae lineae ex oleo sesami, ex argillo, vel cinere, vel etiam boum excrementis गोरोचना v. Chézy annot. ad Sac. IV. (p. 76.) p. 225. not. 76. confectae, saepius etiam ornamenti caussa ferebantur.

CAPUT VIII.

PISCIS-INCARNATIO (मत्स्यावतारः).

Vischnuis sub piscis formâ incarnatio narratur. Brahmane nempe sopito (post Brahmanis diem, illo dormiente, mundus destruitur) gigas quidam Vedis raptis in mari semet cum iis abscondit, tum magnum obruit terram diluvium, Vischnus vero piscis (Saphari, carpionis) formam indutus, in terram descendit, solosque probos, Manum (quartum) septemque Rischides salvos facit, tunc vero Hajagrivo devicto, enseque illius capite abscisso, Vedos recuperat, mundumque servat. Tali modo in Matsja-Purano (Asiat. Res. I.) narratur, quocum arcte, quod Boppius edidit मत्स्योपाख्यानम् cohaeret, piscis-episodium. Racschasorum genus ita a nostro describitur:

अदितिर् जनयामास देवांस् तान् शुभदर्शनान् ।
दितिश् च राक्षसान् पुत्रान् पुत्रोग्रान् तान् महासुरान् ॥ ८ ॥

सोमकर्णो हयग्रीवो हिरण्याक्षो महाबलः ।
हिरण्यकशिपुर् यस् तु महावीर्यो महातपाः ॥ ९ ॥
प्रकरस् तु महावीर्यो ब्रह्मलोकम् उपाययुः ।
ब्रह्मणम् मोह आस्थित्वा वेदान् जग्राह वीर्यवान् ॥ १० ॥
त्रसित्वा ऽशु ततः श्रोतम् प्रविवेश महार्णवम् ॥ ११ ॥

8. Aditis peperit Deos illos iucunde-aspiciendos; Ditis vero Ra-
9. cschasos filios, istos filios-terribiles, magnos-Asuros. Somacar-
nus, Hajagrivus, Hiranjacschus, valde-fortis, Hiranjacasipus, ma-
10. gnus-heros, valde-devotus, et Pracarus etiam, fortissimus, Brah-
manis-mundum adiere; ibique, Brahmane sopito, Vedos rapuit,
11. potens (Hajagrivus); tremens dein celeriter fluctuosum adiit ma-
gnum-oceanum.

8. *a.* अदिति. Aditis Casjapi fuit uxor, Deorumque mater, Ditis, eiusdem uxor, Daitjorum mater. — 8. *b.* Cod. अदितिश् च. — 9. *a.* Hajagrivus etc. Asurorum sunt nomina; Hajagrivus a Vischnue piscis formâ, Hiranjacschius apri-formâ (c. XV.) et Hiranjacasipus ab eodem humani-leonis formâ (c. XVI.) interfectus est. — 10. *b.* मोहस्थित्वा तु.

Brahma dein expergefactus Vischnuem de recuperandis Vedis alloquitur.

वेदेन सर्वदेवानान् नित्यतृप्तिर् भविष्यति ॥ १६ ॥
तस्माद् देवान् समानेतु त्वम् एव हि च केशव ।
एवम् उक्तो दर्शो विष्णुर् ब्रह्मणा परमेश्वरः ॥ १७ ॥
मत्स्यरूपं समास्थाय प्रविवेश महोदधिम् ।
तद् दैत्यं सुमहाघोरम् मत्स्यरूपं समास्थितः ॥ १८ ॥
तुण्डाग्रेण सदर्पेण जघाना ऽमरपूजितः ।
तं हत्वा सर्ववेदांश् च सादोपसादसमन्वितान् ॥ १९ ॥
गृहीत्वा प्रददौ तस्मै ब्रह्मणे सुमहाद्युतिः ।

16. Omnibus Deis Vedo semper gaudium futurum est, hanc ob rem
17. Deos conducas, profecto, o Cesave! Sic compellatus sapiens Vi-
18. schnus a Brahmane, summus-dominus, piscis-formam induens,
magnum-oceanum adivit; hanc Daitjis magnopere-terribilem pi-
19. scis-formam indutus, oris-cuspide superba illum occidit, ab
immortalibus honoratus. Quem cum interfecisset, omnes Vedos
20. puritate-splendoreque-praeditos capiens, dedit Brahmani-ipsi
valde-splendens.

16. *b.* Cod. सर्ववेदानाम्. — 17. *a.* केशवम्. — 17. *b.* विष्णुर् quod in Cod. deest, metri caussa inserui. — 18. *b.* कूर्मद्रूपं cum alia Vischnuis, testudinis incarnatione, haecce commutata est. — 19. *b.* Una syllaba metrum transgreditur. — 20. *a.* Cod. प्रहृदौ.

CAPUT XVI.

HOMINIS-LEONIS APPARITIO (नृसिंहप्रादुर्भावः).

Interfecto Hiranjacscho, Hirancasipus, eius frater, postquam filium suum Prahladum de Vischnu interrogaverat, illum necari iubet; qui cum Vischnuis potentiâ, propter pietatem servatus esset, patri suo Vischnuem ubique praesentem esse dicit. In hacne palatii columna est Vischnus; pater interrogat, adnuenteque filio, columnam ferit, Prahladumque necaturus est. Hoc vero momento e columna prodit Vischnus leonis-formâ, Daitjoque interfecto, Prahladum sibi fidelem, Daitjorum regem creat; quae incarnatio quarta est Vischnuis. Huius capitis textus maxime corruptus est in Cod. Berol.

ईश्वर उवाच

भ्रातरन् निहतन् दृष्ट्वा हिरण्यकशिपुस् ततः ।
उपास्ते यः सह्रो दैत्यो मेरोः पार्थिवम् प्रति ॥ १ ॥

दिव्यवर्षसहस्राणि वायुभक्षो महाबलः ।
जपन् पश्चात्तरम् मन्त्रम् पूजयामास मां शुभे ॥ २ ॥
ततः प्रहृष्टमनसा तम् अवोचम् महासुरम् ।
पशुपक्षिमृगाणाञ् च सिद्धानाञ् च महात्मनाम् ॥ ३ ॥
यक्षविद्याधराणाञ् च किन्नराणां शुभानने ।
देवासुरमनुष्याणाङ् गन्धर्वाणाञ् च रात्तसाम् ॥ ४ ॥
सर्वेषाम् एव देवानाम् आयुधानान् तथै 'व च ।
सर्वेषाम् ऋषिमुख्यानाम् अवध्यन् त्वाम् प्रचक्षते ॥ ५ ॥
एवम् अस्त्व् अधिगच्छन्ति देवतास् तेन निर्जिताः ।
तस्यै 'व किङ्कराः सर्वे दानवा राक्षसास् तथा ॥ ६ ॥
यक्षाश् च नागाः सिद्धाश् च यज्ञभागभुजस् तथा ।
स्वान् भागान् अधिगच्छन्ति देवतास् तेन निर्जिताः ॥ ७ ॥
तस्यै 'व किङ्कराः सर्वे दानवा राक्षसास् तथा ।
यक्षाश् च नागाः सिद्धाश् च रतास् ते वशवर्तिनः ॥ ८ ॥
उत्तानपादस्य सुताङ् कल्याणीन् नाम कन्यकाम् ।
उपयेमे विधानेन दैत्यराजो महाबलः ॥ ९ ॥
तस्याञ् जातो महातेजाः प्रह्लादो दैत्यराट् शुभः ।
अनुरक्तो हृषिकेशङ् गर्भे रामो यथौ हरौ ॥ १० ॥
स कालेनो 'पनीतो ऽसौ गुरुगेहे वसन् सुधी ।
अवाप्य सर्ववेदांश् च शास्त्राणि विविधानि च ॥ १२ ॥
कस्यचित् त्व् अथङ् कालस्य गुरुणा सह दैत्यजः ।
पितुः समीपम् आगत्य देविलवदनान्वितः ॥ १३ ॥

तम् परिषज्य बाहुभ्यान् तनयं शुभलक्षणम् ।
अङ्के निधाय दैत्येन्द्रः प्रोवाच तं शुचिस्मितम् ॥ १४ ॥
प्रह्लाद चिरकालन् त्वङ् गुरुगेहे निवेशितः ।
यद् उक्तङ् गुरुणा विद्यान् तन् ममा ऽचक्ष्व सुव्रत ॥ १५ ॥
तञ् च सर्वगतं विष्णुन् नमस्कृत्वा ब्रवीमि ते ।
इति विष्णुवचः श्रुत्वा दैत्यराड् विस्मयान्वितः ॥ १६ ॥
उवाच तङ् गुरुं रौद्रः किन् त्वयों ऽक्तम् ममात्मने ।
ममात्मजस्य दुर्बुद्धे हरेः प्रस्तावम् ईदृशम् ॥ १७ ॥
किम् अयम् उक्तवान् जाप्यम् अकार्यं ब्रह्मणोदितम् ।
सुश्राव्यम् मदमित्रस्य वर्ते ऽदम् ममा ऽग्रतः ॥ १८ ॥
बालेना ऽप्रकृतेनै ऽतत् त्वत्प्रसङ्गाद् द्विजाधम ।
इत्य् उक्त्वा परितो वीक्ष्य दैत्यराड् मूर्च्छितङ् गतः ॥ १९ ॥
प्राह दैत्यान् असौ विप्रो बध्यताम् इति राक्षसः ।
* इत्य् उक्त्वा राक्षसाः क्रुद्धा ॥ २० ॥
बबन्धुस् तन् द्विजवरम् भृशन् दैत्येश्वराज्ञया ।
बध्यमानन् द्विजन् दृष्ट्वा प्रह्लादो ब्राह्मणप्रियः ॥ २१ ॥
उवाच पितरन् तात इदम् मे नो ऽक्तवान् गुरुः ।
कृपया देवदेवस्य शिक्षितो ऽस्मि हरेः प्रभोः ॥ २२ ॥
इति सुतवचः श्रुत्वा हिरण्यकशिपुस् ततः ।
तम् ब्राह्मणम् भोजयित्वा न स्वस्थम् प्राह त्वरितः ॥ २३ ॥
सम्भ्रामयन् वादेषु एवम् मिथ्यवाक्यैर् द्विजमनः ॥
को विष्णुः किञ् जगद्वन्द्वङ् कुत्रा ऽसौ संस्थितो हरिः ॥ २४ ॥

अहं से 'वे "श्वरो लोके को देवनियमो यमः ।
माम् एवा 'र्चय गोविन्दञ् जगत्संस्थन् दुरासदम् ॥ २५ ॥
अथ वा शङ्करन् देवल्ँ लोकरुद्रङ् गुरुप्रभुम् ।
अर्चयस्व सुराध्यक्षं सर्वैश्वर्यप्रदं शिवम् ॥ २६ ॥
त्रिपुण्ड्रधारणङ् कृत्वा भस्मना 'दैत्यपूजितम् ।
पूजयस्व महादेवम् पाशुपतोक्तम् अर्घ्यन् तम् ॥ २७ ॥
इति दैत्यपतेर् वाक्यं श्रुत्वा दैत्यपुरोहिताः ।
एवम् एव महाभाग सुवचनम् भवत्पितुः ॥ २८ ॥
त्यज शक्रम् कैटभारिम् पूजयस्व त्रिलोचनम् ।
रुद्रादित्यप्रदो देवो ना 'स्ति सर्वप्रदो नृणाम् ।
मायिसमो ऽपि तस्यै 'व प्रसादाद् ईश्वरो भवेत् ॥ २९ ॥
इति तेषां वचः श्रुत्वा प्रह्लादो जन्मवैष्णवः ॥ ३० ॥
अहो भगवतः श्रेष्टाम् मन्मायाम् मोहितञ् जगत् ।
अहो वेदान्तविदुषः सर्वलोकेषु पूजितान् ॥ ३१ ॥
ब्राह्मणा अपि चा 'पत्या वन्दन्ते वै मदान्विताः ।
नारायणः परम् ब्रह्म तत्वन् नारायणः परः ॥ ३२ ॥
नारायणः परो ध्याता ध्यानन् नारायणः परः ।
नारायणः परो ध्याता ध्यानन् नारायणः स्मृतः ॥ ३३ ॥
गतिर् विश्वस्य तातश् च शाश्वतः शिवो ऽच्युतः ।
ध्याता विधाता जगतो वासुदेवः सनातनः ॥ ३४ ॥
विश्वम् एवे 'दम् पुरुषस् तद् विश्वम् उपजीवनः ।
हिरण्मयवपुर् नित्यम् पुण्डरीकनिभेक्षणः ॥ ३५ ॥

श्रीभृल् लीलापतिः सौम्यो निर्मलः शुभवीक्षणः ।
तन् नै व सृष्टौ ब्रह्मे ''शः सर्वदेवोत्तमो विभुः ॥३६॥
तस्यै 'वा ''ज्ञाम् पुरस्कृत्य वर्तेते ब्रह्मशङ्करौ ।
भीष्माद् वा स्मा 'तिपावनः मोक्षो ऽदितिदिवाकरः ॥३७॥
आसीद् एको हरिर् दिव्यो देवो नारायणः स्मृतः ॥३८॥
* ब्रह्मानन्दो नवचन्द्रदिवाकरौ ।
नदीपृथिवीव्योमानि नक्षत्राणि दिवौकसः ॥३९॥
* तस्य विष्णोः परन् धाम सदा पश्यन्ति ॥४०॥
रागाल् लोभाद् भयाद् वा 'पि अन्ये ते गतमानसाः ।
तं सर्वरक्षकन् देवन् त्यक्त्वा सर्वेश्वरं हरिम् ॥४१॥
कथम् पावकम् अस्मित्य पूजयिष्यामि त्र्यम्बकम् ।
कमलश्रीपतिन् देवम् अनन्तम् पुरुषोत्तमम् ॥४२॥
इन्दीवरदलश्यामम् पद्मपत्रायतेक्षणम् ।
श्रीवत्सललितोरस्कं सर्वाभरणभूषितम् ॥४३॥
सदा कुमारं सर्वेशन् नित्यानन्दसुखपदम् ।
कृष्णन् ध्यात्वा महात्मनो योगिनः सनकादयः ॥४४॥
तम् अर्चयन्ति ब्रह्मेशं शक्राद्या देवतगणाः ।
यस्य पत्न्याकरार्द्धाज्ञा दृष्टया ''दृष्ट्वा दिवौकसः ॥४५॥
ब्रह्मा ''यं रुद्रवरुणयमसोमदिवाकराः ।
यन्नामस्मरणाद् एव पापिनाम् अपि सततम् ॥४६॥
मुक्तिर् भवति जन्तूनाम् ब्रह्मादीनां सुदुर्लभा ।
सर्वरक्षकः श्रीश्वरो देवानाम् अपि सर्वदा ॥४७॥

तम् एव पूजयिष्यामि लक्ष्मीशम् पतिम् अच्युतम् ।
प्राप्नामि सुसुखेने 'व तद् विष्णोः परमम् पदम् ॥४८॥
इति तस्य वचः श्रुत्वा हिरण्यकशिपुस् ततः ।
क्रुद्धेन मनसा विष्णोस् त्यज्यताम् पदम् अपरम् ॥४९॥
परितो दैत्यपतयो नित्येन क्रोधमूर्छितः ।
भीषणैः शस्त्रसङ्घातैः प्रह्लादम् पापकारिणम् ॥५०॥
ममा 'ज्ञया चामयधम् अस्तु पूजनन् तत् परम् ।
रक्षितान् हरिर् एवे 'ति रक्षिष्यति तान् वत्सलान् ॥५१॥
परिवार्य महात्मनन् तस्थुर् दैत्येश्वराज्ञाया ।
प्रह्लादो 'ऽपि ततो ध्यात्वा कृष्णं हृदयपङ्कजे ॥५२॥
जपन् अष्टाक्षरम् मन्त्रन् तस्थौ गिरिर् इवा परः ।
तञ् जघ्नुः परीतं वीराः शूलतोमरशक्तिभिः ॥५३॥
प्रह्लादस्य तनुस् तत्र दुर्गमं स्मरणाच् छुभे ।
विष्णुः प्रबभूव तदा दुर्धर्षो दृढभृद् भृशम् ॥५४॥
ततः सम्प्राप्य तद्गात्रम् महास्त्राणि सुरद्विषाम् ।
नीलोत्पलदलानी 'व पेतुर् भिन्नानि भूतले ॥५५॥
अल्पम् अप्य् अस्य तद्गात्रम् पेतुर् दैत्या न शक्नुयुः ।
विस्मिता 'वाङ्मुखास् तस्थुर् दैत्यराजान्तिके भटाः ॥५६॥
तादृग्विधम् महात्मनन् दृष्ट्वा पुत्रम् महाबलम् ।
विस्मयम् परमङ् गत्वा दैत्यराट् क्रोधमूर्छितः ॥५७॥
आदिदेश ततः शर्वानन्दः शूकान् महाविषान् ।
वासुके प्रख्यातान् नागान् खादयस्वे 'ति चा 'ब्रवीत् ॥५८॥

आदिष्टास् तेन गात्रन् तं ना ऽपि शेकुर् महाबलम् ।
दुर्बलास्या महाभीमाश् चरबाकुमहानना: ॥ ५९ ॥
गरुडध्वजभक्तत्वं विदित्वा विबलाधमाः ।
निर्विषा भिन्नदशनाः स्विन्नगात्रास् तु विकलाः ॥ ६० ॥
प्रदुद्रुवुर् दिशः सर्वाः पिबन्तो रुधिरम् भृशम् ।
तथाविधान् महासर्पान् दृष्ट्वा दैत्यपतिस् तदा ॥ ६१ ॥
आदिदेश ततः क्रुद्धो दिग्नागान् स मदान्वितान् ।
निर्दिष्टास् तेन राज्ञा ऽथ दिग्गजाः सुमहौजसः ॥ ६२ ॥
परिवार्या ऽथ तञ् जघ्नुस् तैः पृथुस्वरैर् भृशम् ।
अथ दिग्नागदन्ताश् च छिन्नमूला ऽपतन् भुवि ॥ ६३ ॥
दन्तैर् विनाकृता नागा भृशार्थं विप्रदुद्रुवुः ।
अदृश्यमानन् तम् बालन् दृष्ट्वा वानासु विस्मितः ।
प्रादात् तस्मै विषङ् घोरं सर्वभूतहरन् तदा ॥ ६६ ॥
ततो विष्णोः प्रभावाच् च विषम् अप्य् अमृतम् भवत् ।
अर्चनात् तस्य वा विषम् अमृतसमं सृज्यते ॥ ६७ ॥
